

IN PRIMAM S. JOANNIS EPISTOLAM PROLEGOMENON.

Prima S. Joannis Epistola Canonica semper in Ecclesia auctoritatem obtinuit. Unde, quando, quibus scripta fuerit, ignoramus, tantumque de ea varias producimus conjecturas. Augustinus (a), & alii nonnulli (b) Epistolam ad Parthos appellant; quo nomine Grotius designatos censet omnes Judaeorum Fideles, qui non Romanis, sed Parthis tum cum Romanis de Orientis Imperio decertantibus parebant, eos vero potissimum, qui Nearda, Nisibi, & alibi trans Euphratem versabantur.

Ex hac Epistola ad Parthos inscriptione Joannem ad Parthos praedicasse Baronius deducit (c). Revera Fidei apud Indos propagatores ferunt, traditione Indos habere, quod Evangelium in eorum Regiones Joannes invexerit. Sed haec maxime incerta. Apud Veteres, quod Joannes in eas regiones se contulerit, nulla mentio. Esto etiam, Epistolam hanc ad Parthos direxerit, ane proinde, ut eo migraverit, necessitas postulavit? S. Paulus cum ad Romanos scripsit, eos nondum viderat; scripsit etiam ad Colossenses, ad quos divertisse illum nullibi patet.

a Aug. Quasi. Evangel. l. 1. c. 39.
b Possidius Inaicul. Oper. S. Aug. Idac. Clar. contr. Varimand.
c Athanas. apud Bed. Prolog. in Epist. Canonie. Vide & Pseudo-Hygyn. Epist. 1. c. 1. & Jo. 2. ad Valerium.
d Baron. ad ann. 34. S. 30.

Ligfootus de Ecclesia (d), ad quam Joannes scripsit, aliam conjecturam producit. Joannes, inquit, in tertia sua ad Gajum Epistola (e) se jam Ecclesia scripsisse testatur; et sane Ecclesiae, in qua Gajus versabatur. Alunde, Corinthi nonnulli Crispum & Cajum, seu Gajum ablutos fuisse Baptismate ab Apostolo Paulo scimus (f). Quare ad Corinthi Ecclesiam hanc Epistolam dedisse jure Joannes creditur; quam enim aliam, praeter hanc, ad eam Ecclesiam Joannes scripsit? Satis equidem hanc statuimus, quam aliquam aliam perditam asseramus. Haec Ligfootus; quae tamen doctis dijudicanda relinquit. Nos vero huic sententiae neminem facile adhaerentem putamus, quod conjectura sit imbecillior; maxime enim ambigitur, an Gajus, ad quem Joannes suam dedit Epistolam, Corinthi, an potius in Asia & ortum, & domicilium habuerit.

Discrimen etiam, an Joannes ad Ethnicos, an ad Judaeos Fideles hanc eandem scripsit. Plerique stant pro Judaeis; cui nos opinioni adversum nihil per totam

Epistolam advertimus. Bartholomaeus Petri, qui Opus in hanc Epistolam ab Esio inceptum & prope perfectum continuavit, inde & ad Gentes Joannem scripsisse haurit, quod eos ad idololatriam fugam cohortetur (g): *Custodite vos a simulacris*. Quis vero prohibet, quinominus S. Apostolus Judaeos ita monuerit, ne in Regionibus exteris, & in mediis Ethnicis & Idololatriis degentes, facile ad Idolorum cultum perducerentur?

Hujus Epistolae Author nullibi nomine suo adscripto, ita semper loquitur, ut se nullatenus prodatur; proditur vero a silo, a methodo, a sententia, & potissimum a charitate, qua Joannes affluens per totam Epistolam undique redundat. Per eadem, per quae Evangelium, verba exorditur: *In principio*; vocem *Logos* (h) adhibet, ut Dei Filium designet, & Graecum verbum *erotao* (i), quod interrogare significat, pro *rogare* usurpat. Suo vero nomine, inquit Grotius, quemadmodum Apocalypsim, & hanc Epistolam non inscripsit, ne Romanis, cum eam ad Regiones illis insensas per Mercatores Ephesios mitteret, de suis Epistolis suspicionem crearet, & in Christianos eorumdem odium, & persecutionem excitaret. Baronius Epistolam ad Parthos inscriptam, inscriptionem vero perditam censet.

Paulo ante Jerosolymae everisionem in Insula Pathmos hanc Joannem dedisse, Grotius autumat; & revera proximi Urbis Jerosolymae excidit mentio fieri videtur; illis verbis (k): *Filioli novissima hora est*. Verum Grotius, qui a Pathmos Insula scriptam asserit, S. Joannem annis pluribus (l) post Judaeorum bellum & Jerosolymae excidium in eam Insulam a Domitiano amandatum fuisse, reminisci debuerat.

Diu postquam ab exilio reversus fuerat, ab Joanne exaratam alii putant (m). Verum adversus Cerinthi, & Simonis Discipulos, aliosque ejusdem aetatis hereticos Christi Divinitatem impugnantes, & cum non vere, sed per speciem tantummodo venisse asserentes, scriptam fuisse & legitibus constat, & S. Clementis Alexandrini, S. Epiphani, S. Hieronymi, aliorumque plurimorum testimonio probatur. Quamobrem paulo ante Romanorum, Judaeorumque bellum, diuque ante ejusdem S. Joannis Evangelium exaratam patet; Cerinthus enim & Simon eadem, qua Paulus, aetate in vivis agebant, ut ex Pauli Epistolis (n), & Epiphani etiam auctoritate satis ostenditur (o). Hinc fit, ut de hac Epistola, veluti de quadam in S. Joannis Evangelium praefationis specie, sit cogitandum.

Vide Comment. in Epist. ad Galat. & ad Thessalon. o Epiph. haer. 28. Vide Tillemont. tom. 2. art. de Cerinthian. p. In Asiam forte migravit circa ann. Chr. 66. anno eodem quo S. Petrus, & S. Paulus martyrium consummarunt.

g 1. Jo. 5. 21.

h 1. Jo. 5. 7.

i 1. Jo. 5. 16.

Origen. apud Euseb. l. 6. c. 26. hist. Eccl. Hieron. de vir. Illust. c. 9. Reliquae duae Epistolae Joannis Presbyteri asseruntur, cujus & hodie alterum sepulchrum apud Ephesum ostenditur. Vide Papiam apud eundem c. 18. Nazianz. car. 125. b Grot. Ita censet Eras. Mus. Dubitat Cajetan. c 3. Jo. 9.

k 1. Jo. 2. 18. l Tertull. Prae. script. p. 345. Aulb. Quasi. in Ver. & N. T. inter Opera S. August. qu. 72. tom. 3. Append. pag. 71. Sulpit. Sever. l. 2. Primas. & Viator. in Apocal. Alii an. Christi 99. art. 7. 8.

Vid. Cleric. not. in hunc loco

num 96. est collocanda; & tum Joannes annum prope centesimum agebat. Hac in Epistola Joannes illos sibi retinere proposuerat; 1. qui bona opera ad salutem necessaria negabant (q); 2. qui Jesum a Christo separabant, & eum Christum minime esse asserbant (r); 3. qui Christum non vere, sed per speciem tantummodo venisse dicebant (s). Hos errores, quos potissimum oppugnat, Simon Magus, Cerinthus, eorumque affectu ad Ecclesiae perniciem evulgabant. Fideles praeterea Dei filios, haereticos vero & pravos Doctores filios Diaboli appellat (t). Ut Fidei, & patientiae inhareant, Fideles hortatur; Dei erga nos, nostrum erga fratres amorem plurimum commendat; Pseudo Prophetas & Pseudo-Doctores increpat; Fidem denique, innocentiam, & Charitatem, Fidelium esse characterem ostendit.

num 96. est collocanda; & tum Joannes annum prope centesimum agebat. Hac in Epistola Joannes illos sibi retinere proposuerat; 1. qui bona opera ad salutem necessaria negabant (q); 2. qui Jesum a Christo separabant, & eum Christum minime esse asserbant (r); 3. qui Christum non vere, sed per speciem tantummodo venisse dicebant (s). Hos errores, quos potissimum oppugnat, Simon Magus, Cerinthus, eorumque affectu ad Ecclesiae perniciem evulgabant. Fideles praeterea Dei filios, haereticos vero & pravos Doctores filios Diaboli appellat (t). Ut Fidei, & patientiae inhareant, Fideles hortatur; Dei erga nos, nostrum erga fratres amorem plurimum commendat; Pseudo Prophetas & Pseudo-Doctores increpat; Fidem denique, innocentiam, & Charitatem, Fidelium esse characterem ostendit.

q 1. Jo. 3. 4 &c.
r 1. Jo. 2. 18. &c.
s 1. Jo. 4. 1. 2. 3. 6. 8. 11. 18.
t 1. Jo. 3. 1. 13.

IN SECUNDAM S. JOANNIS EPISTOLAM PROLEGOMENON.

Hanc secundam, & quae hanc consequitur, Epistolam Authorum disceptatio S. Joanni Apostolo sepe eripuit (a). Fuere, qui alteri Joanni, cognomine seniori, cujus sepulchrum Ephesi ostenditur, & cujus apud Papiam, Eusebium, & Hieronymum merito, eas tribuerint. Hoc sane discrimen, quod usque ad quartum saeculum Ecclesiam in contraria distractit; nostra iterum aetate a quibusdam inventum est; qui eas Epistolas ab Joanne exaratas omnino inficantes (b), his ducuntur argumentis. 1. Hujus Epistolae Scriptor non Apostolum, sed Presbyterum, seu Seniores seipsum appellat. 2. Utramque ex his Epistolis diu Ecclesiae rejecerunt, & nonnulli sero admodum in suam linguam converterunt. Christiani nullius temeritas eo pervenisse credenda est, ut Apostolum repelleret, quemadmodum hic (c) Epistola tertiae Authorem Diotrophes rejecisse dicitur.

fatemur; nemo tamen omnino rejectas perhibebit. Nos a primo ad quartum & quintum usque saeculum, quibus unanimi consensu canonice haberi coepit sunt, veluti Scripturas Sacras a Patrum plurimis allegatas fuisse, paulo post ostendimus.

Temere quidem asseritur, in alias linguas nonnulli sero admodum fuisse conversas. Nos eas in omnibus Latinarum, Syrorum, aliorumque Orientalium Collectionibus invenimus; & ab istis aliquando fuisse rejectas nullibi ostenditur. Quod vero quaedam Ecclesiae, & Patres de eis dubitarint, canonice earum auctoritas inde minime evertitur. Diotrophes praeterea audacia, qua S. Joannem contemptui habebat, S. Apostoli auctoritati nil detrahit. Quod temeritatis non progrediatur superbus? Nonne & ipse Apostolus Paulus nihili habitus, & maledictis affectus? (e). Simonis & Cerinthi Discipuli, caeterique Anti-Christi praecursores, quos S. Petrus, S. Paulus, S. Jacobus, & S. Joannes strenue impugnaverunt, inter Christianos quidem merebant; Apostolos nihilominus, eorumque doctrinam despiciatui habebant.

e 1. Cor. 4. 13.
f Apud Euseb. l. 3. c. 39. hist. Eccl.
g Hier. de vir. Illust. c. 6. Nonnulli putant duas memorias ejusdem Joannis Evangelista esse.
h Doduvel. Dissert. 1. in Irenaeum.
i Act. 12. 25 nul.

His respondemus, Apostolos & nomen, & sui Apostolatus dignitatem Epistolis semper praenotare non consuevisse; In Epistola ad Hebraeos Paulus, & ipse Joannes in sua prima, nomen suum praetulerunt. Porro nomen ibi suum suppressit, veritus ne, ut de prima ejusdem Epistolae paulo ante Grotius suspicatus est, veritus, inquam, ne in manus Fidelium, a quibus prave acciperentur, inciderent (d). Has proferat postremas duas Epistolas in Scripturarum Canone diu non recensitas

nullo valido argumento ducuntur. Quare cum stilo, sententiæ, ratiocinatio, & ceteræ circumstantiæ, tot potissimum sæculorum fides pro S. Joanne Evangelista nos stare compellant, & adversantium præterea argumenta vel inania sint vel enervia, veterum instar utramque hanc Epistolam verè ab Joanne Evangelista exaratas fateri cogimur.

Et duci principio, canonicas adigimur profiteri; nobisque adstipulantur Concilia & Patres, à quibus veluti à Spiritu S. inspirata laudate fuerunt. Quidam Martini Concilii Carthaginensis Episcopus (k) hanc, de qua hic potissimum agimus, secundam veluti à S. Joanne scriptam allegat. S. Cyrillus Hierosolymitanus (l), S. Gregorius Nazianzenus (m), Concilium Laodicense (n), & Carthaginense tertium anni 397. (o), & S. Clemens Alexandrinus (p) inter Canonicos Libros utramque recensent. S. Hieronymus, qui in Libro de viris Illustribus huic secundæ favere non videtur, alibi commendatam allegat (q): Clangat tuba Evangelica, filius tonitruus, quem Jesus amavit plurimum, qui de pectore Salvatoris doctrinarum fluentia potavit. Presbyter Electa Domina, & filius ejus, quos ego diligo in veritate. S. Irenæus (r) Joannis Christi Discipuli nomine, nomine verò Beati Joannis Alexander Alexandrinus (s) & S. Athanasius eam allegant. Athanasius præterea (t) Canonicam appellat, cui & Rufinus (u), S. Augustinus (x), Innocentius I. (y), & alii Recentiores ultrò adherent.

De Electa, ad quam data est Epistola, nunc discutiamus. Nobilis quædam Matrona propè Ephesum degens vulgo creditur, civi unâ cum familia ab Hæreticis Filii Dei Divinitatem, & Incarnationem impugnantibus S. Joannes per hanc Epistolam cavit (z) Hæc verò sententia magnis difficultatibus obvolvitur. S. Athanasius hujus Matronæ nomen Kiriam seu Dominam (*), Electam verò epithetum, seu præclarum titulum putat; Domina à Dea electa. Verùm alii & Electam & Dominam utrumque honoris titulum putant (a).

Joannem verò addunt, & solum & hujus Matronæ nomen consultò præterisse, præsertim cum & Epistolæ delator, & stilius, & characteres Joannis optime noscerentur. Quem morem & in tertia Epistola amplexus, Senioris nomine se ipsum, Gaji verò seu Caji cognomine, non genuino nomine, eum, ad quem scribit, designat.

Non desunt, qui (b) hanc Epistolam nulli Matronæ, sed toti Ecclesiæ scriptam ducant, quam S. Joannes per ænigma & symbolicè Dominam & Electam appellavit; eandem præterea, veluti cum suis filiis unum quid constitueret, plurali numero alloquitur. Electa tandem Sororis sue, ejusdemque filiorum, nempe, subdunt, Ecclesiæ & Christianorum Ephesi nomine salutatur. S. Petrus Ecclesiam Romanam (c) salutatur nomine Ecclesiæ, qua est in Babylone coelestia. Fideles in Apostolorum Scriptis Electi sæpius appellatur (d). Si per Dominam Electam quamdam Ecclesiam, & si per eam Sororem Electam una cum filiis Ecclesiam alteram S. Joannes induxit, extraordinarium sanè loquendi genus adhibuit. Tempora verò & circumstantiæ figuratas aliquando phræses adhiberi exposcunt, ut illud lateat, quod sciri non expedit. S. Petrus in primâ suâ Epistolâ (e), & S. Joannes in Apocalypsi (f) Romanam appellant Babylonem. Neronem S. Paulus Leonem vocat (g). Prophetæ similibus phræsis sæpius utuntur. Quare non despiciendi, qui non Matronam hanc sed Ecclesiam quamdam intelligunt, eum præsertim Fides minimè utrinque lædatur. S. Clemens Alexandrinus (h) Babyloniam Matronam, ad quam S. Joannes scribebat, Electam fuisse tradit.

Quo tempore scripta fuerit, ignoramus; fortè eodem, quo prima, cum pravos eisdem Doctores, & eosdem, Simonis nempe, Cerinthi, & Gnosticorum errores impugnet. Fortè etiam Epheso datam credimus, cum & hanc & ceteras Asiæ Ecclesias Apostolus gereret, qui tandem se ad eam invisendam citè adventurum, Electam pollicetur.

b Quidam apud Occidentem. Mauduit. Dissert. 23. Cornel. Serar. V. 13. Burentop. Lux de Lucæ 1. 1. p. 244. Hammond. c. 1. Petr. 5. 13. d Coloss. 3. 12. Rom. 16. 23. & 1. Petr. 1. 1.

e 1. Petr. 5. 13. f Apoc. 16. 19. & 17. 5. & 18. 2. 19. 21. g 2. Timoth. 4. 17.

h Clem. Alex. Commentar. in hanc epist. à Cassodoro Latine versum.

k Apud Cyrill. p. 403. l Cyrill. Cath. Gregor. Nazianz. car. 24. n Concil. Laodic. can. 60. o Concil. 3. Carthag. can. 47. p Clem. Alex. in Hypotyp. apud Euseb. l. 6. c. 14. q Hier. Ep. 85. r Iren. l. 1. c. 12. 13. s Alex. apud Soerat. l. 1. c. 16. t Athanas. in Synops. & in Epist. Pasch. u Rufin. Exposit. Symb. apud Cypr. p. 553. x Aug. de Doctr. Christ. l. 2. c. 8. y Innoc. I. Ep. 3. c. 7. z V. de nostr. Comment. * Athanas. in Synops. a Bart. Petri & Cleric.



IN TERTIAM S. JOANNIS EPISTOLAM PROLEGOMENON.

Initio secundæ S. Joannis Epistolæ & de hujus canonicâ auctoritate meminimus. An præterea verè hæc Apostoli Joannis fuerit, à Veteribus dubitatum, & ab iisdem alteri Joanni, cognomento Seniori, quem Papias Præceptorem suum appellat, adscriptam retulimus. Verumtamen & ejus stilo, characteribus, ceterisque circumstantiis & unanimi, potissimum à quarto hæc quæ saculo, Ecclesiæ consensu ducti, & ab Joanne Apostolo exaratas credimus, & Scripturam Sacram atque Canonicam reputamus.

Cajus, ad quem hæc traditur, alter est fortè ex duobus Pauli Apostoli Discipulis, quorum utrumque hoc nomine appellatum novimus. Ex his celeberrimus Corinthi ortus, à S. Paulo Fidei mysteriis initiatus, & baptisate (*) ablatus. In eadem urbe Apostolum hospitio excepit; quare Paulus hæc de ipso ad Romanos [b]: Salutatur vos Cajus hospes meus, & universa Ecclesiæ. Beda (c), Ambrosiaster (d), Ado, post quos & Ligfootus (e), atque Interpretum plerique, hunc esse putant, cui S. Joannes tertiam hanc Epistolam inscribit. Alii Cajum Derbeum (f), de quo in Actis (g), verosimilius credunt. Cajus sanè, de quo hic, in Asiâ potius, quam Corinthi morabatur. Caji cujusdam Macedonis S. Pauli Discipuli (h) meminit S. Lucas, qui cum Apostolo Ephesum profectus, in seditione Demetrii vitæ discrimen subiit. Hunc verò Grotius (i) cum Cajo Derbeo confundit, quem à Lycaonia oriundum, & Thessalonice natum asserit. Hac tamen de re certi nihil.

Illud tantummodò constat, quòd Cajus, ad quem hæc Joannes, eidem S. Apostolo apprime charus, hospitalitati peditus incumbebat, vel invito Diotrephæ, ejusdem, ut credimus, Urbis, in qua ipse versabatur, Episcopo, qui fratres ad Fidem ab Judaismo conversos hospitio excipi interdixit.

erat, & eos, qui exceperant, anathema, te multabat. Fratres omnes, & Joannes potissimum, Caji pietatem, virtutemque commendabant, cui hic S. Apostolus se citò adventurum spòdat, ut eum invisat, & Diotrephæ audaciam retundat. Grotius in alterâ ex septem Ecclesiis, de quibus mentio in Apocalypsi (k), Ligfootus verò Coriothi Cajum commorantem perhibent. Nos hanc Epistolam Ephesi datam, & in aliquam ex proximis Civitatibus missam arbitramur. Quo autem scripta fuerit anno, frustra inquirimus; nullatenus enim fieri potest, ut comperiamus. Baronius, post quem alii plures, ab Joanne annos circiter 97. nato singulas tres Epistolas exaratas asserit; alii verò ante Evangelium & Apocalypsim conscriptas suspicantur.

A Judæis Fidelibus, qui Evangelio enuntiando additi vagabantur, & ab Ethnicorum donis & contubernio abstinebant, hæc Epistolam delatam fuisse simillimum vero ducimus; quare ita de hac reputandum, veluti de Epistolâ eorumdem Concionatorum commendatitiâ (l). Illud ex hac Epistola constat, quòd Gentium, & Judæorum Fideles non semper inter se convenirent, quòdque plurimum elaborandum esset, ut mutua eorum similitas divelleretur. In S. Pauli Epistolis earumdem divisionum inter Judæorum & Gentium Fideles semina leguntur; quare Apostolus in id præcipue incubuit, ut hinc Judæos se Gentibus anteferentes, comperceret, inde verò Gentes Judæos contemptui habentes coerceret (m). Alibi Fidelium ex Gentibus audaciam comprimit, eisque interdicit, ne Evangelicâ omnes promiscuè cibos comedendi libertate abutentes, Judæis crearent offensionem (n). Hebræis denique adversatur, quòd Gentes ad Legalia, compellere niterentur (o). Quæ sanè omnia demonstrant, quàm mirificè Apostoli de Fidei rebus & Ecclesiæ regimine inter se convenirent.

* 1. Cor. 1. 14. b Ad Rom. 16. 23. Syriacus legit: Totiusque Ecclesiæ. c Beda in 3. Jo. p. 754. d Ambrosiast. ad Rom. 16. e Ligfoot. Cronogr. p. 152. Hugo, Glossæ, Lyrans. Men. Tir. f Tillemont. tom. 1. S. Paul. art. 23. & Not. 29. g Act. 11. 4. h Act. 19. 29. i Grot. in Acta.

k Apoc. 1. 4. &c.

l Vide vers. 6. 7. 8. 9. 10.

m Vide Epist. ad Rom. per totam.

n Vide Epist. ad Corinth. o Vide potissimum Epist. ad Galat. & Epist. ad Philippens.